



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

CAP. XXVI.

Respondens Hiob, dixit
 Quem iuuas? & impotentem? sal-
 uas brachium inualidis?

Cui consulis? in sapientie? & potentiam
 magnati ostendis

Pro quo adnuncias sermonem? & pro
 quo spiraculum egreditur a te?

Gigantes dolent sub aquis, & habitan-
 tes cum eis

Nudus est infernus coram eo, & non
 est operimentum perditioni

Extendit aquilonem super inane, su-
 spendit terram in nihilum.

Colligat aquas in nubes eius, & nō
 rumpitur nubes sub ipsis

Tenet uultum solii, expandit super
 ipsum nubem suam

Præceptū statuit super faciem aquarū
 donec consumatur lumen cum tenebris.

Columnæ cœli contremiscunt, & ob-
 stupefcunt ab increpatione eius!

B

A N N O T . I N H I O B

In uirtute eius conturbabitur mare, & in prudentia eius confringitur altitudo.

Per spiritum eius cœli clarescunt, infirmat manus eius serpentem uentem.

Ecce hi sunt fines uiarum eius, sed quæ breue Verbum audiui in illo, & tumultum potentiarum eius quis intelligit?

QVEM IUUAS. Rursus Hiob, ut solet, crucem suam sine mediatore & propiciatore adspiciens aduersus Deum indignatur. Nam cum alias Deus predicetur adesse impotenti, laboranti, & onerato, inuare inualidum, sapientiam sapientum perdere, & intellectum prestare stultis, adeoque oppressos defendere excusare, & causæ eorum consulere: nunc Hiob conuenitur, diuersum accidere, ac Deum pro communi proverbio, fortiores iuuare, se uero quod insipiens et infirmus sit, derelinqui, ait enim indignabitur, quem iuuas o Deus? nonne ex promisso, impotentem iuuare debes? sed ut re ipsa experior, etiam si te imbecillibus affuturum promiseris, semper tamen fortioribus, tuo auxilio præsto ades, quem liberas: nonne ex pacto, oppressum liberare debes, ut est Esa. 66. Super quem respiciam, inquit Dominus, nisi ad pauperculum & contritum spiritu? Sed ut uidetur, suppressum, subinde magis atque magis conculcas, cui consulis? nonne tibi consulendum

Blasphemia
quod Deus
non adsit ad
suctis.

Splendum est insipienti, ita enim Psal. canit: Intellectum
 prestans paruulis: & alias, Perdam, inquit Do-
 minus, sapientum sapientiam: sed ut sentio, stultos ab-
 omnaris, & sapientes celebras: haecine pia iusti Dei
 opera sunt? Sic ne fideliter prestas, quod pollicitus
 es: nam promissisti te affore inualido, & potentiam
 tuam ei declaraturum, sed ut uideo, res plane in diuer-
 sum cadit. Habes iterum, quod cor à Deo derelictum,
 eum mendacij insimulet qui multa polliceatur, in ne-
 cessitate uero nihil praestet. Sed quod Deum falso ad-
 iuuet, hinc conijci potest, quia aliam habet Deus iu-
 uandae ratione, quam prudentia carnis intelligere pos-
 sit. Caro enim fortitudinem iuuat, sapientia cōsultat, po-
 tentia liberat: contra, Deus iuuat imbecillitate, consu-
 ta stultitia, liberat impotētia. 1. Corinth. 1. Postquam
 in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapienti-
 am Deum, uisum est Deo, per stultitiam predicatio-
 nis, saluos facere credentes: & 2. Corinth. 12. Virtus
 mea per infirmitatem perficitur. Huius rei exemplū
 habes in Christo, quē Deus sic iuuat ut imbecillitate,
 fortitudinē Satanae expugnauerit. Sic & Apostolos
 iuuat, passione & morte, passionē ac mortē superan-
 tes. Sunt & alia facta in Veteri Testamento, quibus
 Deus specimen dedit, se infirmitati fidelium adesse, ut
 confirmat infidelium fortitudinem: sic Abraham cū
 paucis uernaculis, uicit quatuor Reges, Gene. 14. Ita

Sic iuuat De-
 us per im-
 potentiam.

ANNOT. IN HIOB

Hiericho ciuitas debellata est sono tubae, Midianit
 ingens exercitus, à trecentis fugatus est. Dauid infi-
 mus, fortem Goliath superauit: usq; adeo per impoten-
 tiam piorum, suam potentiam declarat, cum prima
 eie uideatur potius fortes iuuare quàm imbecilles.
PRO QVO ADVNCLAS. Id est, cui
 patrocinaris? nonne patrocinium promissisti ad afflictos
 sed nūc negas, pro quo irasceris? intumesceis? quē zel-
 las? nōne calumniā patientē & iniuste oppressum? Sic
 enim scribitur Zach. 1. Hec dicit Dominus exercituum
 Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, & ira
 magna irascor super gentes opulentas. At ego nihil
 tale mihi ad afflictos, & impotentem, contingere uideo.
GIGANTES DOLENT SVB AQVIS.

**Argumenta
 Potētie Dei.**

Iuuat, inquit, Deus fortes, me imbecillum, inualidū,
 & nulli culpae affinem, despicit. Iam ut maxime cupis-
 am eum, in ius uocare, fortior tamen & potentior
 est, quàm ut à me cogi possit in iudiciū: quocunq; igitur
 me uertero, succumbendum mihi est, quādo Deus
 cōtra me à parte aduersariorū stet. Sed ut sciamus quā-
 ta Dei sit potētia, & q̄ minime liceat homini, cū Deo
 contendere, enumerat Hiob, aliquot potentiae Dei ar-
 gumenta. Primū Gigantes dolēt sub aquis &c. Giga-
 tes sunt ingētia cetæ us mari, sub quibus tyrāni, in ter-
 ra potentes describuntur, hi una cum habitatoribus
 suis dolent sub aquis, hoc est, etiamsi potentissimi &
 crudelissimi

crudelissimi sint, territi tamē Domini potētia, & ma-
iestate, conspectū eius formidant, & iudiciū eius hor-
rescūt, ut uides in Aegyptijs dicētibz intra se Exod.
14. Euiamus israelē, Dominus enim pro eis con-
tra nos pugnat.

Tyranni for-
midant Domi-
num.

NVDVS EST INFERNVS &c.

Hoc est, perdere potest quem uoluerit, infernus
coram eo non est clausus, sed apertissimus, ut intrude-
re possit quem uis: licet, modo libeat omnes perdere.
Prouerb. 15. Infernus & perditio Deo patent.

EXTENDIT AQVILONEM.

Synecdoche, pars pro toto, Aquilo enim qui Se-
pentrionis est, pro toto cœlo, seu firmamento sumitur:
quod igitur Deus cœlum extendat, & terram sustine-
at, nulla columna supposita, ingens potentie Dei ar-
gumentū est. Psal. 102. Extendens cœlū sicut pellem,
& fundauit terram super stabilitatē suam. Atlantem
firmat Poëta, cœlū humeris suis sustinere, at nos con-
firmat uerum Atlantem, Dominum Deum nostrum,
qui uerbo suo, tam cœlum q̄ terram sustinet.

COLLIGAT AQVAS. Et hoc non medio-
cre Dei potentie argumentum est, quod aquas in nu-
bibz colligat, ne mox decidant, cum tamē natura sua
grauē deorsum feratur.

Aquas collig-
at in nubibz.

TENET VVLTVM. Solium Dei est cœlum
Esa. 66. Cœlū mihi sedes est: hoc solū Deus occupat.

ANNOT. IN HIOB

Interim tegens & obducens nubibus. Psal. 136. Qui operit caelum nubibus, & parat terra pluuiam.

Terminum
mari.

PRAECEPTVM STATVIT. Vt infra Cap. 26. Circumdedi ait Dominius, mare terminis suis et posui uectem ac ostia, & dixi: usq; huc uenies & tantisper autem stabit aquarum terminus, dum consumatur lumen cum tenebris, usq; ad cōsummationem mundi, & ad finem seculi.

Commotio
terra.

COLUMNAE COELI CONTREMI SCVNT. Per columnas caeli, intelligit ea quae sub caelo sunt, alioqui enim caelum nulla columna, nisi manu Domini sustinetur. Omnia autē sub caelo contremiscent à tonitru, quod hoc loco increpatio Dei dicitur.

Ventis impe
rat.

IN VIRTUTE SUA CONTVRB. Id est, flante Domini uirtute, intempestuoso uentato, omnia maris concutuntur, & aqua & ualles. Ecōtra, altitudo, hoc est, fluctus marini, in altum eleuati, eiusdem uirtute, confringuntur & sedantur.

PER SPIRITVM. Hoc est, uentis (qui spiritus Dei dicitur) nubes dispellentibus, caelum fit clarum & serenum. Sic & manu ac potentia Dei, fugat serpētes marinos, et cetera mare cōturbantia, ut aequor planum fiat & sedatum. Pro uecte, Hebraeus habet חַוּלָה quod tortuosum, aut recuruum significat, hoc enim epitheton est, marinarum belluarum. Allegorice de Satana interpretari potest.

ECCB

ECCE HI SVNT FINES &c.

Ecce hæc est Dei potentia, hæc Dei maiestas, quæ
brevibus quidem, utcunq; delineata est, sed tamen tanta
est, ut uerbis comprehendi nequeat: unde pulcher
rime apud Hebræos, non simpliciter dicitur potentia,
sed גבורת רעם id est, tumultus & tonitru
potentiarum.

CAP. XXVII

ET addit Hiob, assumens parabolam
suam, & dixit.

Vivit Deus, qui aufert iudiciū meū,
& omnipotens amareans animā meam.

Quia omnino, donec spirauero mecum,
& halitus Dei in naribus meis fuerit

Si loquantur labia mea iniquitatem,
& si lingua mea meditetur dolum.

Abiit a me ut iustificem uos, donec pere
am, non reiiciā innocentiam meā a me.

De iusticia mea quam teneo non mo
nebor, non reprehendit me cor meum
diebus meis.

Erit sicut impius inimicus meus, & ad
uersarius meus sicut iniquus.